

niencium. stabiliuimus. quod riuulum piscacionis. creplyng. & tantam latitudinem terre iuxta stagnum. quanta est inter pontem predicti riuuli. & riuulum ipsius mansionis essent libere possessure. & huic stabilitati prouinciales omnes astantes assensum adhibuerunt & fauorem. Denunciauimus eciam in sca-rensi placito. coram omnibus uesgotis. & legitime iudicauimus. quod predicte sorores. tali & tanta prediorum latitudine fruarentur possidenda. Huius rei gracia rogamus omnes in christo fideles. & ueritatis amatores. quatinus si quis fortuito predicta predia sororum iam sepius dictarum calumpniatus fuerit. bilinguium & inuidorum relatu non credalis. sed presentis scripti testimonio. inuiolabiliter conseruando. Valete.

Sigillet skadadt.

837.

1226.

Påfl. Legaten, Bisk. WILHELMS Stadfästelse på stadgandet om Biskopsvisitationer på Gottland.

J. 3: 63.

GUILHELMUS Diuina miseracione Mutinensis Episcopus Apostolicæ sedis Legatus. Vniuersis Christi fidelibus has literas inspecturis, in vero salutari salutem. Dilectorum filiorum nostrorum sacerdotum Gotlandiæ precibus inclinati, quasdam consuetudines obseruatas ab antiquo inter ipsos & episcopum eorum, bonæ memoriæ, Carolum, nec non et inter incolas illius insulæ constitutas, et a venerabili fratre nostro Benedicto Lincopensi Episcopo successore suo confirmatas, nec non & a venerabili fratri nostro, Andrea, quondam Lundensis Archiepiscopo, tunc Apostolicæ sedis Legato, Sueciæ primæ roboratas, præsentium auctoritate confirmamus, quarum tenor talis est. Andreas &c. *Se Föregående N:o* 832. Hæc & alia quæ a prædecessoribus eorum inuenimus approbata & obseruata, ne de cætero de his dubitetur, nos eadem approbantes, scripto nostro & sigilli testimonio comunimus. Datum Wijsby Anno Domini M.CC.XXVI.

838.

1231 eller 1232 d. 23 Jul.

Lund.

Påfl. Legaten Cardinalen Orros Aflatsbref för dem, som biträdde till uppbyggande af S:t Johannis Hospitalskyrka i Lund.

A. 5. b. 1: 1.

OTTO miseracione diuina sancti Nicolaj in Carcere Tulliano diaconus Cardinalis apostolice sedis legatus. Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem in domino. Quoniam ut ait apostolus &c. *såsom*

*N:o 275 till uitam eternam. Cum igitur Ecclesia beatj Johannis domus pauperum leprosorum lundensis reparetur de nouo. ac etiam ijdem pauperes tanto premantur onere paupertatis quod uix ualeant sustentarij nisi fidelium christi subsidio adiuentur, vniuersitatem uestram rogamus attentius & exhortamur in domino ac in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quatinus de bonis a deo uobis collatis ad ecclesie reparationem & ipsorum subuencionem pias elemosinas & grata caritatis subsidia erogetis. ut per subuencionem uestram eadem ecclesia ualeat feliciter repararij. & eorum inopie consulatur ac uos per hec et alia bona que feceritis domino inspirante ad eterna possitis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentj dej misericordia & beatorum apostolorum Petrj et Paulj meritis et intercessione confisi, omnibus quj ad ecclesiam ipsam personaliter accesserint, et ad reparationem ipsius ac dictorum fratrum subuencionem manum porrexerint caritatis, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia auctoritate legationis qua fungimur misericoditer relaxamus \*) Datum lundis X kal. aug.*

Sigillet i grönt vax hänger på en flätad brun silkessnodd.

839.

1231 d. 6 Sept.

Reate.

Påfv. GREGORIUS IX:s Bref till Hospitaliterna i Danmark, med stadfästelse på Aby och Arby för Sit Eskils kyrka i Tuna.

D. b. 1: 749. \*\*)

GREGORIUS Episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Priori & fratribus Hospitalis Jerosolimitani in Dacia salutem & Apostolicam benedictionem Cum anobis petitur &c. *såsom N:o 157 till* Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam beati Eskilli Martyris & pontificis de Tunæ, quam bonæ memoriæ W. Strengnensis Episcopus, loci dioecesanus capituli sui accedente consensu, pia videlicet liberalitate concessit, & piæ recordationis S. Upsalensis Archiepiscopus Metropolitanus eorum, de assensu carissimi in Christo filii nostri K. Regis illustris, Nobilis viri B. Ducis Sveciæ, qui jus patronatus in eadem Ecclesia dicitur habere, suis litteris confirmavit, cum agris, pascuis, silvis, piscationibus & aliis pertinentiis suis, nec non ea quæ ab eodem duce in locis quæ dicuntur Aby & Arby proponitis vos adeptos, sicut ea omnia iuste & pacifice possidetis, & in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, vobis & per vos hospitali vestro confirmamus, & præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. confirmationis &c. Datum Reate VIII. Idus Septembris Pontificatus nostri anno V.

\*) Här förekommer en rasur, och derå sedan skrifvet; Presentibus toto legationis tempore valituris.

\*\*) Utur en vidimation d. 10 Febr. 1310 af Prior ARNOLD i Eskilstuna; "Coll. med Orig. vidim. Perm-Copie."